

D. OCTAVII
COMPAGNII
I. C. PISTORIENSIS.

Ordinarij Iuris Ciuilis Interpretis, in Publico Gymnasio Pistoriensi, A. M.D.C. XXII. nec non olim publici Interpretis, in Pisano Gymnasio, ac demum Auditoris Rotæ Senensis, Oratio, in AEdibus Sapientiæ, in ingressu recitata, cum Epitome super quibusdam lucucrationibus Iuris, tum publicè Pisis, cum etiam priuatim, domesticis lectionibus, valde vtile Tyronibus, ac etiam batalarijs theoricam profitentibus, pariterq; in praxi forensibus composito.

ORATIO.



PISTORII, M.D.C.XXVI.
Apud Petrum Antonium Fortunatum,
Superiorum Permissu.

SERENISSIMAE

CHRISTENAE LOTARINGIAE,

(IN HETRVRIA GALLORVM DECVS)

Sereniſſimi Don Ferdinandi Medices Senioris Tertij Magni Ducis Hætruriæ Coniugi, ac Sereniſſimi Don Ferdinandi Medices Iunioris, ex Filio Nepotis Magni Ducis Hetruriæ Quinti.

Domine
Octauius, Compagnius I. C. & Patricius Piſtorienſis.
S, P, D.

E*A, ſemper fuit (Celſitudo Sereniſſima) Sereniſſimi Magni Ducis Ferdinandi Senioris (glorioſæ memoriæ) in ſubditos, cura animi propenſio, amor, ac deſiderium, vt officioſos, & virtute præditos, aſſiduis, perpetuis, & continuis beneficijs, & gratijs, ornaret, & cohoneſtaret.*

Sed erga me quamuis humillimum, ita ſe Hilarem, *benignum, atq; liberalem, gratiarum datorem, largitorem, & diſpenſatorem, oſtendit, vt ſemper plenus, honorum muneribus, extiterim, & ſi quid virtutem amplectens expoſtulauerim, petierim iuſteq; efflagitauerim, nunq; re-*

 ictus,

iectus, seu repulsus fuerim. cuius rei optimum fuit testimonium, vt eiusdem gratia, anno Salutis, M.D.LXXXXI in almo Pisano Gymnasio, virtutum omnium, Seminario Iuris Ciuilis interpres selectus fuerim, prout ibi integro quadriennio munere legendi, institutiones Imperiales de mane publicè interpretandi, pro viribus, non sine honore functus, ad municipes Volateranos cum quibus, & Marco Tulio maxima fuit vicissitudo eiusdem gratia profectus fuerim Cancellarij, & assessoris officio altero quadriennio exercendo, gerendo, fungendoq; annexo prouisoris Salis loco Iulij Mannelli Florentini munere atque eodem tempore finium regundorũ causa primo cum Comitibus Elcis, & Fosini Senis oriundis, cuius Comitatus gentilitatis, & Ciuitatis præcipuum locum obtinet in gubernio dictionis, & Iurisdictionis Serenissimi Magni Ducis nostri Don Ferdinandi II. Illustrissimus Comes Orsus cum Metropolitano Pisarum, ex dignissima prosapia Medicea, & Excellentissimo Colloreto veneto, Senarum, & cunctæ dictionis ipsius dignissimo gubernatore, cum Illustrissimo Clariss. atq; Excell. Dom. Nicolao Antella mihi Dominis Colendißimis, mox deinceps, cum Excell. Principe Plumbini eorumdem finium regundorum causa commissarius electus, loco Clarissimi Domini Ioannis Baptistæ de Capponis, cuius gentilitatis inter celebres viros qui floruerunt, viget modò, atq; in viridi floret Illustriss. & Reuerendiss. Dnminus Aloysius Capponius S.R.Eccl. Cardinalis, Archiepiscopus Rauennates, mihi olim Dominus Colendiss. qui filium meum, canonicum Regularē Laleranense, Don Ioamnem Michaelem nuncupatum Infulis Sacerdotalibus insigniuit. Quo munere functus compositis

positisq; differētijs, & iurgijs sedatis, cum p̄sato ex aduerso electo Colunnello Fabio Lando, et ansianis Plumbini, ipsorumq; Auditore Iulio Stephano Lana, et exinde volaterris de bene administratis, & gestis laudatus, in Patriam ad concives meos reversus adeo fœlicem, & continuam memoriam retinuit, vt nunq̄; deleuerit, et dū clientelas suscepissem in Patria, tum publicè Magistratus gerendo, cum priuatim munere aduocati fungendo iuri operam darem, etiam ius Ciuile publicè 1599. interpretando, ipsemet Princeps A. S. M.D.IC. ad munus legendi in eodem publico Gimnasio Pisano Bartoli repetitiones quæ dicitur extraordinaria lectio, me assumpsit, et ex sua benignitate nunq; deluit, et viget memoria de presenti, ac postmodum motum proprio expletis duabus legationibus pro Ciuitate iuxta Ciuium votum Auditorem almæ Rotæ Ciuitatis Senarum cunctæ que dictionis, me humillimum, et deuotissimum seruum elegit, in concursu Doctissimorum virorum loco Excell. Domini Marcolini Fanensis memor Illustrifs. et Reuerendifs, olim Dom. Barberini patruij Sanctifs. et Beatifs. Domini Nostri Papæ Vrbani VIII. verè Vrbani, et cunctis animi dotibus ornatifs. et mihi inter studia Pisis consocij, et condiscipuli, et q̄ sua fuit humanitas mei amantissimi, vti frater, qui nunc est omnium pater, et Dominus, et qui inquā Marcolinus, antea pro Auditore Almæ Rotæ Ciuitatis Florentiæ sc gesserat. Quibus beneficijs, alijsq; innumeris honorib' et gratijs cumulatus, ornatus, et cohonestatus, orbatus splendore Serenifs. Principis, et Domini Don Ferdinandi sui coniugis, repentina morte præuenti, & fato functi, filui spiritu, filui operatione, filui virtute, et obsolcui:

Modò senio confectus multis ærumnis plenus, ocio abundans licet flagrans studio animaduertens, celsitudinem vestrã Serenis. que ortum ducit à Gallis, qui Deo placentes, et grati sunt eadem animi propensa beneuolentia nunq̃; satis laudati Serenis. coniugis sequi vestigia, experrectus, et excitatus suo exemplo Phœnicis: atq; ausus, fretus benignitate Celsitudinis vestre, opusculum honorificum, exiguum inquam munus hanc scilicet epistolam cum oratione habita in AEdib⁹ Sapientiæ Pistorij, quam typis ædere suasu ingenuorum virorum non sat scio, fauente, vel inuita Minerua, cum quibusdam Iuris lucubrationibus pro Tironum Disciplina ex multis interpretationibus in almo Pisano gimnnasio publicè, et priuatim, excertis, et in lucem dare deliberaui, in testimonium obsequij, memoriam seruitutis, ac pro susceptis beneficijs gratiarum actione, suæ Celsitudini dicare, orans, obsecrando ne dedignetur opusculum, et munus exiguum, splendore suæ virtutis illustrare, et contra aduersantes, et obtrectantes tueri: meq́; tamquam alumnum ad suum Pellicanum, recurrentem in clientelam cum illis, qui sibi, suoq́; fælicissimæ memorie Serenis. coniugi seruitutis operam deuotè, integrè, ac fideliter præstiterũt recipere, describere, cooptare, et cõnumerare dignetur, à Deo Optimo Maximo, Nestoris annos, et toto curriculo vitæ præsentis fælicitatẽ, atq́; in aula cælesti post consumationem debitam retributionem cum iustis, et electis Dei, suoq́; Serenis. coniugi exorans, atq; exposcens, me humilem seruum dedo. vale.

Datum Pistorij, A. S. I. M.D. C. XXIV. die vero 24. Mensis Iunij.

Idem Octauius Compagnius
Candido Lectori S.

VIRI prudentis eſt (candide Lector) animum ſuum tribus temporibus diſpenſare, ſilicet præſentia ordinet, futura prouideat, præterita recordetur, Ipſe verò, qui in præteritum optima viuendi ratione cupiditate ductus, non repuli rethoricam, & legalem ſcientiam, tanquam ſaluti vicinam; De præterito tamen ſignum dare oportunum credidi, & orationem confuſam quidem quibuſdam annexis lucubrationibus iuris in lucē promere, & turpe putans nihil propriæ prudentiæ aſſignari poſſe, iudicium perfectum ex præteritis ordinem Lector, vt proſit in futurum. Vale.

D. OCTAVII COMPAGNII I. C. PISTORIENSIS,

Ordinarij Iuris Ciuilis Interpretis, in Publico Gymnasio Pistoriensi, A. M.D.C,XXII, nec non olim publici Interpretis, in Pisano Gymnasio, ac demum Auditoris Rotæ Senensis, Oratio in AEdibus Sapientiæ in gressu recitata, cum Epitome super quibusdam lucubrationibus Iuris, tum publicè Pisis cum etiam priuatim domesticis lectionibus valde vtile Tyronibus ac etiam batalarijs theoricam profitentibus, pariterq; in praxi forensibus composito.

ORATIO.

Cogitans ipse mecum, (Amplissime Cætus) eaquę humano generi naturaliter contingunt, eueniunt, atque obtingunt perpetuo morari nullo pacto valere, quod exemplo probatur ætyopis fului coloris, omnibus adhibitis absterſionibus, & lauacris, vexationem potius, ac morbum præseferentis, quàm candidum colorem; his subsellius præpositus, suffragijs S. P. Q. P. & quæ fuit electorũ senatorũ ciuiũ benignitas, prorsus alienũ à natura putaui, & prorsus aberrare, muneri meo arte qualiber imperfecta, seu potius desuetudine parum exercitata, satisfacere posse, in docendo voluntati discipulorum in seruire; quo fit, vt potius ab incepto desistere quã

Hy-

Hyſtemium fodere tentare putauerim, qui poſt vliſſeos errores, ſeu potius poſt diuturnos, exhantlatosq; labores nulla conſiſtendi firmitate, viam à ſemita aberrans, exemplo auis errantis, per varios rerum anfractus, per tot diſcrimina volubili Fortunæ rota inceſſit, atq; ſupergreſſus fuit.

Inuaſit timor animum in ſemicirculũ fornicatũ ſtatum humanę naturæ noſtræ, & orbis à terrenis humanisq; rebus ad ſublimium, cæleſtium, & Diuinarum culmen, mox de inde à Diuinis, & ſupremis ad terrena, inferiora, & ſublunaria, iuxta rotę motum, via Traiana ſcilicet iuſti, & iniuſti ſcientia, quo inter ſeuinculo quæq; illigentur inneſtentur, quib' nexibus implicentur, & diſſoluantur, oſtendere poſſe: Vnde, & timor, & tremor comedit me, & zelus honoris, exiſtens in rota, quippe quæ (Valeriano Autore) anteriore parte cadente poſteriori attollitur, quomodo ſcientias quæ in bonis noſtris non ſunt, & ſunt donum Dei, intellectuales quidem, & à tergo rotæ hominem extollunt, eleuant, atq; ornatum reddunt, & ſunt incomprenſibiies, homo ignarus, imperitus, & tanquam tabula raſa, exponere, explicare, ac prope educere valebit; Niſi vos qui adeſtis aſſiſtentes omnibus numeris abſoluti gnari doctiſſimi, ac probatiſſimi viri, dogma Diuinarũ, humanarumq; rerũ ſub obſcuris ſenſibus reconditum haſtæ Palladiæ, & Mineruę hoc eſt acuminis ingeni, & memoriæ omniũ qui adeſtis mihi, exacta ætate, ſenioq; confecto

exi-

exitanti auxilium præbeatis, docendo, recensendo in memoriam redigendo, memorandoq:

Video enim meo cum gaudeo, atq; oculis cerno hoc tantũ concilium in tanta frequentia, illustrem coronam coaceruationem inquam ingenuorum Heroum, veterum, & Seniorum optimorũ patrum, honestissimorum, & candidatorum iuuenum, & adolescentium, quorum medium esse refugit, recusauitq; licet aliter cogitarem forsan indomita ira molestè ferens si nõ publicis negocijs occupatus Illustrissimus Senator Florentinus nostræ Ciuitatis præses Dñs Iulianus olim Dñi Simonis de Bagnesis, in quo tanquam in speculo se cernitur Themistoclis diligentia, Fabricij fides, prudentia Scipionis, Salomonis sapientia, & Fabij Maximi, numæ Pompilij religio, Astrea iustitiæ has publicas ædes Sapientiæ, has scolas publicas in vnũ coactos decorare, & honestare, eosdẽq; accessisse, & inter singulares virtute predictos Illustrem Dominum Equitem Ioanem Viscontium in gimnasio Pisano publicum lectorem, & iuris Ciuilis interpretem mæritissimum, ac Dominum Hieronymum Baldinottum naturalis Philosophiæ professorem simul, & Doctorẽ Patricios nostros doctiorum doctissimos, & gnaros valdè ad inopẽ miserum, & humilem visendum, ditandum, audiendum.

Qui decor? quæ clarorum, & doctissimorum virorum comitia? quæ in publico species? quæ veneratio?

neratio ? quod gaudium ? Eleuate mentes vestras in cælsum dosttissimi, peritissimi, gnariq; viri, adeste inquam benignè fauete, modestia vestris linguis, date vires animo, benignè correspondenti, & cogitanti super curulea rota statum humanæ naturæ, atq; vtriusq; Orbis cœlestis, & sublunaris, & microcosmos, & vniuersalis cosmografiæ enucleare, explicareq; & radijs virtutis vestræ hebeta, & ceca mente perspicaciter roborata, illuminata, clarificata, abacta formidine, atq;timore, & pauore eliso, omnia, quibus virtus, & Sancta societas inter sescatēt; inde fieri, oriri, & euenire reperiemus, vbi vnus Deus æternus Omnipotens, & Immortalis Creator, & Dominus inpresentiarum, & ante sædula, in præteritum, infuturum, & in infinitum, retinaculum Diuinæ essentiæ, tribus personis in vno indiuiduo coequali Maiestate, cœquali groria, & dignitate est;, ac semper fuit, & erit.

Quo auctore, & ipsius Diuino numine inuocato l. in nomine Domini ff. de officio Præfecti Prætoris Affr. hærendo mentiDeum, ex quo per quē & in quo sunt omnia: & omuia simul, quæ de statu hominis, Microcosmos, & vniuersalis Cosmografiæ dicere decreui, præmeditando, vos omnes, vt par est, honoris causa colo, atq: reuereor; ac nihil aliud magis optandum esse iudico, nihil inquam mihi vnquam fuit optatius, quam vberem academiam istam, atq; fœcundissimam, & floridā nostram Ciuitatem fœliciter in perpetuum seruari, &

ri, & in dies magis, magisq; augeri.

Eius enim gratia homines ad id euadunt, vt facillimè vtriusq; orbis cœlestis, & sublunaris, atq; vniuersalis Cosmografiæ, & Microcosmos non solúm, ac Regimen, politicum cõprehendere valeãt sed sui ipsius conditionem inuestigaré, honoris, & virtutis templum ingredi, & licèt omnia omnibus sint aperta, plana, & promulgata quia nihil est, quod non sit dictum prius præsto mihi futuras fore benignas, & gratiosas aures vestras, & spero, & opto, & si quid laudabile ab omnibus, qui adestis dixero, Deo Optimo Maximo gratias agam, tanquam ex Deo virtutem: Si quid autem quod absit, tanquam à mente alienum, purgatissimas aures vestras lædere, seu offendere poterit, quia non ad pruriendum, sed ad veritatem, & virtutem profiteor, id imbecillitati tribuatis, & oro, & obsecro; omnium enim habere memoriam, & in nullo pænitus errare, diuinitatis potius esse, quã humanum quis ignorat? adeste inquam animo fauete præsentia, recensete iam dicta rudibus meis verbis, vestra cum eloquentia, commemoramini dicenda ex præambolis coniecturando. Tacetis? Siletis? Taceo quoq; sileo, & ego.

Narratio.

Corpus humanum ex carne, spumaq; compositum, seu conflatum, fragiliq; vestitum, grauissima

nifsima, deniq; multa illud ipſum ad vltimum excidium, exitium, atq; perniciem extremam deducentia, qualia ſunt podragræ, vrinæ ſtillicidia, tormina, verminauè, ſiue morbi articulares, comitiales infirmitates, apoplexyæ diuerſæ, cefalgię variæ conuulſiones, & melanconiarum ſpecies multæ, merores, meſtitiæ, ægretudines, epylepſya diſtillattiones, atq; alia innumera, non vti q; ſpreta anima, eiuſmodi plagam, & offenſionem effugeret, & é conuerſo non ita eleganter ſalutem & ſanitatem, validè tueretur, niſi anima cuſtodita.

Quod ex Ariſtotile Philoſophorum facile Principe ſuadetur, exemplo Alcibiadis pulcherimo corpore, licet in troſpectis viſceribus turpiſsima anima, nefandis vitijs deprauata. Anima enim neglecta, corpus fit inſanum, abſt memoria, ſpiritus inclinatur in malum, ſenſus fit obſcurus, totum deniq; corpus corrumpitur, & labefactatur, vnde ex affectu hominum plura nefanda, impiaq: committi videmus, ac perpetrari, hinc filiarum, & matrum inceſtuoſos ſtupratores hinc parricidas, & qui proprios filios iugulando, & contra debitũ naturæ facinora perpetrarunt, modernę, & antique teſtãtur paginæ, ac moderniſsimi Heſpaniarum Regis Hiſtoria, quibus ita perpetratis efficitur, vt quã plura humano generi per cælorum incrementa immineant, ſilicet ſqualores ſiccitates, innũdationes æſtus immodici, & nimia frigora, ipſiſq; imminẽtibus, peſtis, fames, bella, alijq; deniq; caſus cõtigerint,

tigeriNt, euenerint,& acciderint, quibus integræ, populatæ desolatæq; fuerint Ciuitates, & Regna.

Petr.

Pon'disse il core ò Sofonisba antica,
Che Cartagine tua per le man nostre
Tre volte cadde, & alla terza giace,
Et ella altro vogl'io, che tu mi mostri
S'Affrica pianse Italia non ne rise
Domandatene pur'l'Historie vostre.
Intanto il nostro, e suo amico si mise
Sorridendo con lei nella gran calca,
E fur da lor'le mie luci diuise
Com'huom'che per terren'dubbio caualca,
E va per sando ad ogni passo, e guarda
El' pensier' nell'andar' spesso diffalca
Cosi l'andata mia dubbiosa, e tarda
Facean'gl'amanti, diche ancor m'aggrada
Saper quanto ciascuno en' qual'tuoco ardà,
Io vidi vn da man' manca fuor di strada
A guisa di chi brama, c troui cosa
Onde poi vergognoso, e lieto vada
Donar'altrui la sua diletta sposa,
O sommo amore, ò nuoua cortesia
Tal ch'ella poi ę lieta, e vergognosa,
Era del cambio, e giuansi per via
Parlando insieme di lor dolci affetti.
E sospirando il Regno di Soria.
Mossimi à quei tre Spirti, che ristretti
Erono per seguire altro camino,

E dissi

E dissi al primo, io prego, che m'aspetti,
Et egli al suon del ragionar' latino
Turbato in vista si ritenne vn' poco,
E poi del voler mio quasi indouino,
Disse, io Seleuco sono, e quest'è Antioco
Mio Figlio, che gran guerra hebbe con voi
*Ma ragion' contra forza non ha luogo,

Et vi belli seuiunt iuuenes contra parentes, populantur inquam Ciuitates, & astra, contemnitur Deus. *Virg.*

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu
Vt que acres concussit equos, vtq; impulit arma
Ex templo turbati animi simul omne tumultum
Coniurat trepido latium, seuitq; Iuuentus.
Effera ductores primi Messapus, & Vfens
Contemptorq; Deúm Mezentius
Vndiq; cogunt auxilia,
Et latos vastant cultoribus agros.

E conuerso autem anima custodita, & corpus ipsium cum intellectu incolume conseruatur mẽs, atq; memoria perficitur, sensus clarescit, & ratione regitur, iustum, rectum vè, & honestum seruatur, nullus læditur, æquum statuitur, decernitur, tribuitur, custoditur, illæsa semper remanente iustitia, ipsaq; duce iuncta erga Deum religione. Prælati beati euadunt, discipuli obedientes præstant; Senes ratione vtuntur, & consulares fiunt, iuuenes bono ocio occupantur, non curiæ Monaci, aut

vena-

venationi incumbunt,non foro,aut litibus,aut cau
ſidici religioſi; ſed coro, & Eccleſijs vnanimi vo-
luntate inſeruiunt,& in vnum conueniunt concor-
diter, atq; diuites pauperum amatores fiunt, Do
mini virtutum fœminæ pudicitiæ,non ſuperbiunt
pauperes, plebs eruditur diſciplinis, omnis de-
niquæ popolus virtute clarus iuſtus ſemper floret.
Ac propterea leges à Dijs immortalibus hominib⁹
datas, & ab hominibus potiſsimum comprobatis,
tum expoſitas cum inuiolabiliter obſeruatas cō-
pertum eſt,quibus ſanctē, quod rectum eſt custo-
ditur, & quod iuſtum eſt pié obſeruatur neminē
cogendo,nec ab aliquo aliquid ex torquendo,ſed
iuſta petendo, & ſuadendo, maioribus obediendo,
cunctos laudando, nemini nocendo, errores
corrigendo, mores componendo, delicijs abſti-
nendo, liberalitatem exercendo, caſtitatem, ho
neſtatem, dilectionem Dei, & proximi, quod le-
gis eſt mandatum cuſtodiendo, maleuolos odio
habendo, cunctos ad metam Iuſtitiæ trahendo,in
tegritatis exemplum prębendo, fugata auaritia,
quæ omnium malorum radix eſt illis adhibitis
præceptoribus, atq; magiſtris, qui his virtutibus
imbuti proficiant, non hautem ad aures prurien-
das delectent peſsima adulatione, prout, illa fe-
cit antiquitas: Ha miſeri,& infœlices,genus hoc
pręceptorum, qui ſibi aures prurirent potius, quā
iuuarent, elegerunt, cum ampliſsimos haberent
Duces, hac viros doctiſsimos integritate pollen-
tes

tes, & vera virtute præstarent, vt Vlixes Alcynoum, Achilles fortis Chyronem, Agamenon Nestorem, Telemachus Menelanca, Hyero Siracusanus, Simonidem Chium, Nefandus Policrates Samiorum Princeps, cuius corpus postea in cruce corruptum fuit in prææalto *Mechalensi* mensio, ibique turpiter relictum, Anacherontem, Prosenus Zenofontem, Antigonus Zenonem, Alexander Aristotelem; atq; inter Romanos, Lucius Locullus, Antiochum Ascalonitam, Molonium Marcus Cicero, Mæcenas Arium, Augustus ne per omniam eam Antenodorum: Sed altius mentes, vestras eleuate Doctissimi viri, & quadripartitum ordinem elementorum gradatim scãdendo, quia prout quatuor sunt Mundi partes., atq; orbis terræ ita quatuor elemenra, quibus Microcosmos componitur, Et vno quinq; sensibus constat, insimul confunduntur, & separantur, & seiunguntur, & vnum quodq; in suam naturam reuertitur.

Incertus Auctor.

La fredda Terra nelle lucid'Onde
Spesso si sface, e queste nel sottile
Aer' sen' vanno, che sciolto dal suo
Leggier'incarco si risolue in fuoco.
Ne qui si ferma il lor perpetuo giro,
Che torna in dietro per quell'istess'orme,
Il fuoco dal vicino humor' cangiato
A poco á poco si risolue in aria.
L'aria agghiacciata in acqua si distilla

Onde ella fatta graue, e fredda, e spessa
Nell'vltim'Elemento si risolue.

Altius inquam mentes eleuate, & ordinem Orbis Cœlestis perscrutando reperietis, omnem Syderum vim, in promptuarium Lunæ, infusam Solis velocissimum cursum quattuor supra viginti horarum spacio. Quæ munera rerum? Quæ fœdera terræ Cœli, Cœlorumq; omnium? Stellarum imagines, varias motus, & progressus, & illam aulã Cærulei coloris Zaphiri colore pictam, cum reuera nullius sit, in Articam, & Posticam ingredi, & retrogredere, desteram, aut læuam ferri, sursum aut de orsum descendere, Zodiaci quadam imagine ad exortum, mox vero â dextris læuorsum, surgere, præcurrere, rotari; Errantia quoq; sydera contrariũ mundo cursum gerere, læuo illo semper in dexteram præcipiti, & singula quoq; corpora, quodammodo inter se composita, virtutes suas distinctim in Orbem nostrum infundere motu violento, raptuq; habito à primo mobili, nulla confusione; atq; omnia octauæ Spheræ correspondere, ex quo vna ante aliam sequitur, & superiori connectitur. Sic Lunam, à Mercurio, Mercuriũ à Venere, & exinde in Venerem Solem infundere, Martem in Sole, & ipse à Ioue, cui & Saturnus sumministrat? Quæ inquam fœdera rerum, quæ munera syderum, qui effectus Cœlorum, & Planetarum? Ex christallino cœlestes profluunt aquæ, Stellatum Syderibus ornatur, & singula quoq;

quoq; corpora in Orbem ſub lunarem infundunt, & Dominatum retinent, atq; virtutem primi Clymæ. Saturnus caliditatem, maſculinus Orientalis, & tardus Dominatum retinens primi clymæ, eorumq; ſunt orbis inferioris, inter metalla dominatur Plumbũ, inter Arbores Cupreſſum, inter herbas, venenoſas, inter Aues Sturtium, inter homines oſſitudinem, inter humores malenconiã inter infirmitates podragras, conceptum menſiũ primum, & octauum, inter potentias, animam retentiuam; inter ætates ſenectutem, inter virtutes ſilentium, inter gemmas precioſas, antiquitus ſepultas, inter damna inundationem, inter ſcientias mechanicas agricolturam: Inde Iouis calidus humidus orientalis clarus benignus beneuolus amicus verus, legum obſeruator, pacificus protector creaturarum, lucis ſtellam albam præ ſe ferens, primum Clyma dominatur. Inter Regna Babiloniam, inter aues feras Aquilam, ſtagnum inte metalla, conceptum menſium primum, & octauum, inter potentias naturales, inter ſcientias leges; Inde Mars tertium conceptum menſium, inter Regiones Traciam, inter potentias iraſcibilem, ferrum inter metalla, inter ſcientias mechanicas militiam Quinto loco Sol inter metalla aurum gemmarum proprium, inter potentias vegettatiuam, ſenſitiuam, rationalem, inter humanas operationes Dignitates, Regna, & Imperia. Inde Venus, inter aues Columbam, inter Regiones Cypriotẽ

inter potentias ſenſitiuam; çui ſubnettitur. Mercurius Dominando, inter ſcientias mecanicas Gramaticam; Inter liberales Geometriam, Arigmetica, & Rethoricam: Vltimo loco Clymæ, Luna dominatur Argentum, & criſtallum, & inter potentias animam vegetatiuã. Et quibus ita dominantibus, & infundentibus iunguntur. Duodicim Zodiaci ſigna, duodicim Domibus diſtincta, Primũ ad vitam hominis, ſecundum ad filios, Tertium ad fratres, Quartum ad patrem, Quintum ad infirmitates, Sextùm ad nuptias, Septimum ad itinera, Octauum ad montes, Nonum ad dignitates, decimum ad operationes, vndecimũ ad amicos, Duodecimum ad inimicos, de trino in trinum Orientalis mediȩ nocti s, & meridianalis; & quibus ita dominantibus, iufundentibus firmandum eſt cum Religione noſtra, & Fide Catholica.

Quia enim omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens à patre luminum, pænês quem nulla eſt commutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, ad Cęlü Cælorũ ſublime, & ſupremum Dei, noſtra cõuertatur Oratio Diuinitatis habitaculum, & Ciuitatem, Hortum diuitiarum concluſum, & fons ſignatus, lux æterna dictum; ibi in Trono, amplitudo Dei omnipotentis, qui Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, Sanctiſſima Trinitas, vnus Deus, cunctis imperat, in vigilat, atq; omnia perficit; altum quidem intellectu, & quid tam altum, quam altitudinem Di-

uitiarum

uitiarum videre? Scire ve generationem filij, productionem Spiritus Sancti, quod nec mens humana ratione inuestigare, comprehendere valet, fidei tamẽ plenitudo, complectitur, & autoritate cognoscitur, ex auditu per verbum Dei, Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Si etenim quod non vidimus, audiuimus, & visus sæpe fallitur, auditus in fide est, & quiescere oportet eos, qui certatim contrariantur, Manichei, Luterij, Caluinique: ibi Regina nostra, ibi Magistratus Angelorum, Archangelorum, Cherubin, Seraphim, Dominationum, Principatum, & Potestatum, annexione consilij profetarum, Patriarcharum, cum suis Secretarijs Euangelistis, Cõfessoribus, Doctoribus, Pontificibus, Floribus Virginum, cui assimilãtur, & comparatur hæc orbis inferioris maiòra, minoribus dominando, & homo Microcosmus dignior ceteris ratione pollens inter omnia; Leo inter quadrupedes, Basiliscus inter Senpentes, Aquila inter feras Aues, Delphinus, & Balena inter aquaticos, & homo, vt diximus inter omnes distinctis gradibus, & dignitatibus, quorum primum locum, vt omnium dignissimus obtinet summus Pontifex Dei Vicarius in terris cum toto consistorio principum Regni Cœlestis.

A Deo inqua vno formatus ab vno illo, quod, est primum vnum, & trinum semel, atq; vnum potentia, sapientia, & bonitate simul nexis præcellit

cæteros prævalet, vniuerſis antecedit, & cum ipſo Deo incolumis redditur virtute Creatoris intermiſſisq; inſidijs humanæ voluptatis, curis, & affectib⁹ cūctis ſilicet vexaĉtionibus auaritia, ambitione, odio, amore, inuidia, atq; lubrica dominandi cupiditate extinĉtis, & abdicatis, robore virtutis adepto cum ratione, cum ſuo opifice tā quam exercitus cum ſuo Duce, neĉtitur, & conneĉtitur, quò ſummum bonum, veram, atq; per ſe ĉtam fælicitatem in æternum aſſequi valet, eoq; maiorem gradum aſſequitur prout diſtinĉtim maiori fulget Dignitate, & firmamento ſpirituum cæleſtium, prout tribus diſtinĉtis gradibus tribus muneribus, & officijs, triplici ordine conſtituto primi ad Deum æternum preemni ſono, & cōtinua aſſiduitate collaudandum, medij Cæleſtium curam gerendam, vltimi ordinis ſub lunaris: tribus diſtinĉtis gradibus, atq; officijs, ad res publicas Principes, & Reges, ad miſteria, & ſacras ceremonias ad omnia quæ ſub luna ſunt cuſtodienda, curanda, tuendaq; à ſummo Cœlo ' & ab ortu Diuinitatis, humano generi proſpeĉtum eſſe conicimus; ſic Auſpice Deo virtute hominis ratione pollentis Vrbes ſunt conditæ, Coloniæ deduĉtæ, Mænia Ciuitatum, Domus, & AEdificia fàbricata, claſſes inſtitutæ, ordines Magiſtratuum, & Senatores creati, leges conditæ, Senatus Conſulta, ſenatus authoritas à Diuinarum, & humanarum rerum iuſti, atq; iniuſti, æqui, boniq; ſcientia

varijs

varijs temporibus pro diuersitate morum promulgata, derogata, abrogata, & nouissimè sancita ; indeq; Principes, & Reges creati, cum Pontifice Romano vt Dijs in terris, singulis mundi partibus viuum oraculum propè ad vitam, mortuis literis, atq; legibus propria virtute præstandã, populos seruandos, tuendosq; pace, & iustitia custodiendos, adiuuandos, quibus mutuis virtutibus religatis humana ratione, & inseparabili vnitate aurea catena, quam Lucretius Auream funem vocat continuis successibus à summo Deo ad vltimam vsq; fecem absq; interruptione simul connexis, quibus primo Deum supra nos, secundò proximos, tertiò nos ipsos amore prosequimur, tribus inquam vnitatibus in rebus humanis mutuo complicatis ab vnitatis simplicitate dependentibus, qua vnum quodq; est sibi vnum, altera alteri res vnitur, atq coheret. Et quia omnes Mundi partes, vnus sunt Mundus, ideo totius mũdi vnus est Pontifex, quia summus dicitẽ sanctissimus, & Beatissimus, Distinctis gradibus cæterorum Principum, inter quos, & humanas Dignitates, vt Dei Vicarius in terris cum toto Consistorio Principum Regni Cœlestis primum locum obtinet duplicis gladij potestatẽ exercendo spiritualium in vniuersum, & temporalium in dictionem sua, & post Cæsaream Maiestatem post ipsum præest, & dominatur iurisdictionis imperio, Rex Glloruam primum, mox deinde Rex Hispaniæ,

 Alter

Alter Christianissimus alter Catholicus procedũt; Duo luminaria terræ, & in Hætruria Serenissimus Domnus Ferdinandus II. Magnus Dux Hetruriæ V. splendor Mediceæ Gentilitatis, ac dignissima proles Medicea decorata tribus summis Pontificibus, siue quatuor connumerato Pio IIII. summo Pont. eiusdemq; cognominis; cum binis Gallorũ Reginis, & innumeris Ducissis, cum tribus Ducibus, Athenis scilicet, & Nemos, & Alexandri primi Reipublicę Florentinæ; quinq; deniq; Magnis Ducib⁹, Cosmo primo, Francisco primo, Ferdinando primo, Cosmo II. & Ferdinando II. oriundis ab illo Laurentio Seniore. Fœlices igitur Tuscos, atq; Hetruscos, quibus præest Magnus Ferdinandus omnium author bonorũ, sacrum Iustitiæ lumen dignissimus, nobilissimus, magnificentia, munificentia, pietate, charitate, & amore, & omnium virtutum genere splendentissimus, & elucentissimus, quippe quem mortuis literis, atq; legibus vitam sua virtute præstare, experientia docuit iusti Regiminis Sereniss. Mariæ Magdalenæ Austriæ Matris, nobilissima proles virtute maiorum, & propria, stegmatibus in numerum Imperatorum, & Regum, atq; Sanctæ Romanę Ecclesiæ Purpuratorum Patrum; nec non Serenissimæ Christenæ Lotaringiæ; Auiæ decus Gallorum in Hetruria, ab illo antiquo primo Gallorum Rege Antenore oriundæ, quibus vniuersæ ditionis Potestas iniuncta, est cura, & sui alumni Ferdi-
nandi

nandi II. tutela, qui Ferdinandus eò dignior redditur, quia retinet nomẽ Ferdinandi I. qui virtutũ omnib⁹ ſæminarium fuit; Quæ enim Religionis opera Ferdinandi Senioris? tot, tantisq; Sacris ædib⁹ primò Hyeroſolimis prope Chriſti Domini ſepulchrum Franciſcanorum, & in Hetruria, ſuiſq; Ciuitatib⁹ innumeris vetuſtate, & incendio dirutis, & pænè deformatis, ac deſtructis, ijſdẽ, & plieriſq; alijs à fundamentis Sanctorum imaginibus, Columnis, cęnaculis æreis, laquearijs tectis, Cenotafijs, ſepulcris reſtauratis, erectis, depictis, ornatis Deo, & Maieſtati Altiſsimi intuitu Religionis dicatis.

Propugnaculis Tirreni maris eodem Ferdinando Seniore autore Egei, & Africi æquora quotannis munitiſsimis contra Turcas, & Piratas peraquantib⁹, ſuffragijs, & opib⁹ Regi Catholico, & Cæſareæ Maieſtati pręteritis annis contra Turcas, infideles, & Piratas auxilijs præſtitis, quibus audiuimus nonnulas Ciuitates ex impijs manib⁹ Turcarum, & infidelium ereptas, & ſummũ Pontificem ingentes gratias egiſſe. Taceo de præſidiis tempore afflictæ galliæ penê proſtratæ prope portũ marſiliæ maximo cum diſpendio ædificatis, & munitis, quib⁹ dictum portum Regi Chriſtianiſſimo fuiſſe conſeruatum vndiq; notum eſt. Quib⁹ facinoris augetur Herrurię nobilitas, fama, magni Ducis potentia, Dignitas, qua fulget Sereniſſimus magnus Dux Hetruriæ inſignem in Sacro Conſiſtoori

rio Purpuratorum patrum locum quo ante Diaconum, & postremum secerdotem Cardinalem collocatur, & in Aula Regū recipitur. quæ nobilitas? qui splendor? quæ Dignitas tum Ferdinandi Senioris, tum iunioris? quæ magis augetur ex Lotharingia auia Christena dicta, eiusdē Senioris vxore, eximiæ pietatis, & magni consilij, atq; fæcōdissima, quīq; ingenuīs filijs, Herois Serenissimis, & trinis puellis conspicuis, genitis, procreatis, & susceptis. Quæ præclara facinora? cunctis pæne Vrbib' Hetruriç, & maximè Pisis, & Liburno vetustate, & antiquitate penè dirutis, desolatis, atq; depopulatis, Auspice Ferdinando breui tempore ædefiicis, statuis, columnis, porticis, aquæductis, aggeribʼ portibʼ resarcitis, & nostris finitimis paludibʼ Arexij, & Cortonæ, Clanarum, opus ab antiquis Romanis tentatum, exiccatis aeris serenitate restituta; Taceo prouidentiam iisde Ciuitatibus, & vlterius Roma, Bononia, Neapoli Vrbino, Sicilia, (rei frumentariç oppidum, & ex Pollonia, & Danemarchia, tritico in hetruriam, & Italiā trasuecto inuento nouo modo nauigād, fame depulsa subleuatis, nec silentio prætermittam excellens pietatis opus, quod operatus est, tum Florentiç nobilium monialium cænobio militiæ D. Stephani, adiuncto Zenodochio, pauperum conualescentium conseruato, & centum supra triginta pauperum virginum in matrimonium collocandarum gratia, dotibʼ constitutis, ordinatis, quod pium opus etiā

de

de presenti exercetur; cum etiam Pisis cellebertimo gymasio, quamplures scilicet cellebertimos viros omnium virtutum genere professores conuocando, ipsisq; susceptis, & munificentissimis premiis cohonestatis; alteroq; collegio pauperũ adolescentium, ędib' Bartoli pæne derutis constructo insigni titulo Ferdinandi nomine decorato, & filiis vestris, ceterisq; dictionis Hetrurię ex finitimis Ciuitatib' subsidio pro alimentis destinato, aucto, ampliatoq;, quò valeant absq; cura literis extrenuam operam nauare; O fortunatos, & inter omnes fortunatissimos Hetruscos, quib' preest], & dominatur Serenissimus Ferdinadus I I. Magnus Dux Hetrurię cum Serenissimis Auia, matreq; magis Pistorienses iisdem [subiacentes iure meritò magis magisq; de ipsarum incolumitate sollicitus esse debere, quam proprię salutis suadetur cũ pręsertim his auspicibus vitam ducere, & saluti nostrę consulere, atq; bonis institutis, armis ac legibus animã rectè custodire] valeamus, & virtuti inherentes facilimè bonis morib' ciuitas tueatur, & in dies magis magisq; augeatur, iustitia seruetur prout singulis annis regentes mittũnt prætores, quę alias facilẽ corrũperetur; quò fit; vt boni mũnerib', & premijs, mali autẽ animaduersionib', & pænis animã custodire coacti, boni inquã virtutis amore, mali autẽ formidine pœnæ sub tanto Duce, & Ducissis, sub tot famosis Consiliarijs, qđ ad bonũ regimen. hõijs, & Microcosmos orbis,

&

& Ciuitatis ſpectat niſi ratione vniuerſalis Coſmografiæ ſtatum fœliciter diſponentes, à terrennis, humanisq; rebus, ad cœleſtium, & ſublimium, & diuinarum culmen, mox deinde à ſupremis, & Diuinis rotando, ad tirrena, & inferiora connexione planetarum, atq; elementorum, cunctorum animantium, & iuſti, & iniuſti ſcientiam, via Traiana eorum omniũ effectus comprehendere, idq; aſſequi valeant, quod ad incolumitatem corporis, & ſalutem animæ, ac regimen, & gubernium Ciuitatum, & totius Mundi, & veram beatitudinem eſt opportunum. Quod faueat Deus æternus omnipotens immortalis, à quo, per quem, & quo ſunt omnia.

LAVS DEO.

MC